Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



in die q̃ndo fuerit in medio ouiũ suar dissipatar.
sic uisitabo oues meas et liberabo eas de omnibus
locis: in quibus dispersae fuerãt in die nubis et
caliginis Et educam eas de populis: et congregabo
eas de terris: et educam eas in terram suam. et
pascam eas in montibus israel: in rivis et in omni
bus sedibus terre Super pascuis uberrimis pascham
eas: et in montibus excelsis israel erũt pascue earũ
Ibi requiescent in herbis uirentibus: et in pascuis
pinguibus pascentur super montes israel Ego pasc̃
oues meas et eas accubare faciam dicit dns de
Quod perierat requirã: et quod abiectũ fuerat
reducãm: et quod confractũ erat alligabo: et qd
infirmũ fuerat consolidabo: et quod pinguis et
forte custodiam: et pascam illas in iudicio et
iustitia Dicit dns omnipotens Gr. Protector: nr aspice
deus et respice super seruos tuos ℣ Domine deus uirtutũ exaudi
Q. v. t. Dixit d. i. d. s. Sm Matheũ preces suor tuor
Cum uenerit filius hois in maiestate sua: et
omnes angeli cũ eo: tunc sedebit super sedẽ maie
statis suae: et congregabuntur ante eum omnes gen
tes: et separabit eos ab invicẽ: sicut pastor segregat
oues ab edis: et statuet oues quidem a dexteris
suis: edos aut a sinistris Tunc dicet rex his qui
a dexteris eius erunt Venite benedicti patris mei:
possidete paratum uobis regnũ a constitutione mũdi
Esuriui enim: et dedistis mihi manducare sitiui
et dedistis mihi bibere Hospes eram: et collegi
stis me: nudus et cooperuistis me: infirmus et
uisitastis me Iucarcere eram: et uenistis ad me
Tunc respondebunt ei iusti dicentes Domine